10029

Kopie dokumentów akt grodzkich
i ziemskich lwowskich

/sygn. dawna: Przyb. 72/60 i 73/60 /

1503.
fasc. 106.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Celebris et diuturna Principum consuetudo hoc instituisse cernitur a seculo, ut quicquid vel coram gestum sit, vel ipsa confirmationis robore perpetuat, ideo propter rei geste notitiam literarum perhennium tenoribus comendari debeat. Proinde nos Alexander Dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithvanie Nec non terrarum Cracovie, Sandomirie Siradie, Lancicie, Cujavie, Russie, Prussie Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presentium universis, quibus expedit presentibus et futuris harum notitiam habituris, Quia pro conditione meliori civitatis Leopoliensis nostre, volentes ut in suis amplietur commoditatibus Consulatui Civitatis ejusdem in limitibus Bonorum immobilium ad praefatam civitatem ex antiquo pertinencium, et presertim in Rivulis Brzvchoricza salvo tamen jure et Justitia nostris ac cujuslibet, Thabernas, kmethones, ortulanos et agricolas denuo locandi, Piscinas quoque et molendina in eisdem Rivolis erigendi, fundandi et faciendi consensimus, Consentimusque tenore presenoium mediante, Per ipsos Consules Leopolienses pro tempore existentes predictas Thabernas, kmethones, ortulanos, agricolas piscinas et molendina juxta antiqua dicte Civitatis privilegia cum prerogativis, proventibus et emolumentis

orygi.
orygi.
orygi

/in privilegiis ejusdem civitatis descriptis. Aliisque
ex eisdem denuo locatis, erectis et fundatis pro=
ventibus, censibus, laboribus, daciis, solucionibus
annuis et septimanalibus. Cum omnique Jure,
dominio et proprietate. Nihil Juris, dominii
et proprietatis nobis successoribusque nostris
in eisdem denuo locandis emethonibus, thaberna=
toribus, ortulanis ac piscina et molendino erigendis
reservantes. Tollendum percipiendum ac nostro accedente
consensu alienandum et pro meliori civitatis
conditione juxta temporis necessitatem conver=
tendum. Sicque regendum et disponendum prout
melius et utilius ipsis consulibus videbitur
expedire. Salvis Juribus nostris tenore presencium
mediante in perpetuum. In cujus rei testimonium
sigillum annulare nostrum presentibus est
subappensum. Actum Vilne feria quarta pro=
xima post festum sancti Stanislai in Majo
Anno Domini Millesimo Quingentesimo tercio.
Regni vero nostri anno secundo. Presentibus
ibidem Magnifico Venerabilibus et Generosis
Petro Mijsskowskij, Palatino lanciciensi,
Johanne Rapstynskij de Tanczyn, Curie nostre
Marschalco Sandomiriensi et Ploczensi Capitaneo,
Johanne de Lasscko Cancellario Gneznensi Supremo
secretario nostro. Nicolao de Cryczko decano

Cracoviensium Ecclesiarum, Petro de Wroczymowicze dapifero Cracoviensi. Johanne Seniore Buczaczkj sincere devote et fidelibus dilectis. Ceterisque quamplurimus Consiliariis et Curiensibus nostris circa premissa testibus. Datum per manus prefati venerabilis Johannis de Lasko supremi secretarii nostri.

Alexander Deigracia Rex
manu ppria sspt. mp.

Relacio ejusdem Venerabilis Joannis de Lasko supremi Regie majestatis Secretarii.

Pieczęć brakuje na jedwabnym sznurku z nici amaranthowych i szafirowych skręconym.

 3

Ex Fascicul. 283.

In nomine domini amen Sub Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quingentesimo tercio Indiccione r. 1503
quinta pontificatus Sanctissimi in Xpisto patris et domini nostri domini Allexandri diuina prouidencia pape
Sexti anno ipsius vndecimo die vero Solis vigesimaquarta Septembris hora meridiei vel quasi in domo et stu-
ba murata dominorum Canonicorum ex opposito Ecclesie Metropolitane versus meridiem in leopoli sita In
mei Notarij publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia Constituti
personaliter Venerabilis dominus Johannes Myskowsky Prepositus et Rector hospitalis actor principalis ab vna
et famosi domini Preconsul et Consules Leopolienses Tutores domus pauperum prefati hospitalis ex aduerso
principales ab altera partibus In causis et questionibus inter dictas partes vertentes de et supra regimine
hospitalis prefati Iconomj positionis, Testamentis, duobus Kmethonibus in podborcze, vrica, Tabula pettloria,
presentibus (literis) porcionis, et rerum morte pauperum derelictorum, et duobus altaribus in predicta domo paupe-
rum constructis, pro quibus diutine Coram Venerabili domino Stanislao de Strzebochow Canonico et Offi-
ciali Leopoliensi generali fuisset et esset litigatum usque ad diffinitiue sentencie prolacionem exclusiue et
illarum occasione Volentes ipse partes hinc inde parcere Laboribus Litibus Sumptibus et impensis ac eciam
de predicta causa principalj et toto processu seu processibus Coram memorato domino Officiali Leopoliensi ha-
bitis, et de omnibus conquestis et emergentibus ex eisdem, pro se et suis heredibus ex pacto inter ipsas partes
habito in arbitros compromittere voluntarie Ordinacionibus melioribus modo via causa forma stilo et ordine
quibus efficacius potuerunt et debuerunt melioribus concorditer elegerunt constituerunt fecerunt et ordinaue-
runt venerabiles dominos Johannem Grovyczky decanum Magistrum Thomam de Drohobicz et Nicola-
um Kokosz de Coscziczе Canonicos Leopolienses arbitros et compromissarios arbitratores Laudatores et ami-
cabiles compositores presentes, dando et concedendo eisdem arbitris Liberam et plenariam potestatem in pre-
missis et singulis premissorum de plano et sine strepitu et figura Judicij examinare et cognoscere de processu
et tota causa predicta Quodque debeant decidere et determinare predictas causas et questiones die sequentj qui
terminus cadit in vigesimam quintam Septembris Et ex iusta causa predictum opus et terminum prorogare vale-
ant et possunt, et perscriptos pronunciare vel diffinire vel laudare precipere et arbitrare ab alto et basso, Voca-
tis tamen dictis partibus aut ipsarum parcium procuratoribus prout eis videbitur terminare et ordinare
semel uel pluries coniunctim vel diuisim simul vel alter eorum ordine Juris obseruato uel non obseruato,
ordinarie vel extraordinarie diebus feriatis uel non feriatis sedendo uel stando, verbo uel in scriptis vel qua-
litercumque et quomodocumque prout ipsis videbitur melius expedire nec pretermisso obstare omni hora vel loco
vtraque parte absente vel vtraque parte presente, vel altera parte absente tamen citata Et quidem vnus possit
pro se sine alijs pronunciare ~~six~~ et Sentenciam arbitralem legere vicem pro suis dominis et Successoribus ~~pro~~ pro solemni
~~sem~~ stipulacionis predictorum dominorum eorum ad que facienda speciale mandatum habentes stare parere et
obedire eorum laudo et arbitrio posicioni pronunciacioni preceptis seu precipiendis emologare comprobare et
in nullo conuenire quacunque racione uel causa seu modo Iure uel facto verbo uel opere per se uel interposi-
tam personam que uel quas inter eos super quocumque aut similiter aliquo premissorum seu rerum occasi-
one dixerint fecerint seu pronunciauerint laudauerint aut arbitrati fuerint Quodque prefate partes contra eos

et eorum preceptum laudum et pronunciacionem seu arbitrium non appellabunt nec appellacionem consequentur nullum rescriptum vel privilegium per se vel per alium impetrabunt nec impetratis utentur, nullam excepcionem opponant restitucionem in integrum non petent nec illud corrigi seu emendare per superiorem vel aliquem Iudicem postulabunt quomodocunque non utentur cuiuscumque Legis vel canonis, statuti vel consuetudinis beneficio quod viciat seu viciari vel infirmare valeat huiusmodi compromissum in totum vel in parte sive ex persona arbitrij sive ex personis compermittencium sive ex forma compromissi vel arbitrij seu ex rebus vel causis, de quibus compromissum est sive quacumque racione, quod si fecerint in aliquo contra premissa vel contra aliquid premissorum venirent promiserint solemniter ut dictum est sibi invicem partes ipse, quod si pars arbitrium seu laudum in totum vel in parte non servans subiit pene quam domini arbitrij posuerint inflixerint et vallauerint Et si aliquam parcium pronunciacionem sentencie seu laudo in parte vel in toto fuerit soluta pena huiusmodi vallata Rata nichilominus remanebit arbitrali sentencia tociens quociens rem ipsam contigerit attemptare Totusque processus et omnia acta super premissis habita ipso Iure non teneant neque valeant quasi acta et facta non fuissent Promittentes ipse partes omnia et singula premissa et quidquid dicti arbitrij Laudatores et amicabiles compositores dixerint pronunciauerint preceperint laudauerint et decernerent rata grata atque firma in omnibus punctis articulis et clausulis tenere et inviolabiliter obseruare sub penis vallans et omni bonorum suorum tam mobilium quam immobilium obligacione et Ipoteca Super quibus omnibus et singulis premissis predictj domini compromittentes pecierunt a me Notario publico infrascripto hoc presens ipsis fieri et confici publicum Instrumentum Acta sunt hec anno Indicione pontificatu die mense hora et loco quibus supra Presentibus Honorabilibus et discretis dominis Simone de Gorka Sacristiano et Michaele de Busko Viceecancellario Ecclesie Leopoliensis Benedicto de Wratislauia Arcium Baccalaureo et Scole Leopoliensis tunc Rectore Felice de Tuchola eiusdem scole locato et Caspero Scheen Laico de Leopolj ac alijs quam pluribus fidedignis testibus circa premissa.

racionem?

Et ego Bernardus Simonis de Leopoli Clericus diocesis Leopoliensis publicus Sacra apostolica auctoritate Notarius Quia predictis compromissioni ~~presentacioni~~ presentates dacioni Ratihabicioni aliisque omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur fierent et agerentur vna cum prenominatis testibus presens interfui Eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu propria scriptum exinde confecj et in hanc publicam formam ~~reg~~ redigi Signoque et nomine meis solitis et consuetis consignaui et communiui In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Na boku znak notarski.

ex fasc: 154.
r. 1503.

Alexander dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis Quia in adiumentum ferendorum onerum et laborum quibus Cives et Incole Civitatis nostre Leopoliensis gravati sunt menia urbis staggeres atque fossas aliaque propugnacula circa urbem partim instaurando partim vero denuo extruendo, decrevimus superioribus literis ne quis externus sive sit mercator sive alterius cuiuscunque conditionis qui negociandi gracia Leopolim venerit, possit ab externis negociatoribus qui illuc mercatum confluent qui non habeant Ius Civitatis Leopoliensis ~~biennij~~ biennij spatio quascunque merces emere, nisi prius Cives et mercatores Leopolienses, eiusmodi merces emerint, a quibus deinde ceteri homines externi quicquid opus est emant Nunc itaque eiusmodi concessionem ratam habentes Iterum decernimus ut si qui externi fuerint reperti qui illic aliquid priusquam Cives et Incole predicto bienny spatio emere audeant ab externis mercatoribus ut eorumdem emptorum merces predicte empte confiscentur et pro necessitate instaurationis menium urbis aggerumque et fossarum atque aliorum propugnaculorum convertantur. Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Sandomirie die dominico ante festum Sancte Barbare virginis Anno domini Millesimo quingentesimo tercio, et Regni nostri Anno Secundo.-

+ Johannes de Lassko Cancellarius scripsit. eo tamen salvis quod ipsi Cives Leopolienses procurent decretum istud Mercatoribus aliarum Civitatum tempestive intimari.-

Udołu na okrawku pergaminowem zawieszona pieczęć woskowa wielka kanclerska.-

Ex Fasc. 289

Nos felix de Balucayn Iudex necnon Iohannes de Dawydow subiudex terrestres leopolienses. ge[illegible] [illegible] r. 1504.
Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter vniuersis Quomodo veniens personaliter
in presenciam Iuris terrestris Generos Raphael de Syenyawa vexillifer haliciensis libere recognouit
Quia villas regales tenute sue videlicet Dobrzany et Lyobyane iuxta consensum Regie maiestatis Nobi-
li Iohanni Dzyedoszyczky in quadringentis et triginta marcis monete et numeri polonicalis consueti
marcam in quamlibet computando quadraginta octo grossos modo obligatorio obligauit et inscripsit iuxta
consensum et literas Regie maiestatis lacius canentes et intromissionem in easdem villas per Ministerialem quem
sibi elegerit presentibus dedit et admisit cum omni Iure et dominio et proprietate nichilque in eisdem villis pro se
et suis successoribus penitus reseruando per ipsum Iohannem Dzyedoszyczky et suos successores tenendum haben-
dum vtifruendum et possidendum a data presentis inscripcionis usque ad plenariam dictarum quadringenta et
triginta marcarum solucione in literis Regalibus contentarum Super quod memoriale posuit et Iudicium recepit
Actum et datum leopoli feria sexta ante dominicam Iudica proxima Anno domini Millesimo quingentismo quarto
presentibus ibidem Generosis et Nobilibus ffelice de Balucayn Iudice Iohanne de Dawydow Subiudice terrestribus
leopoliensibus Raphaele de Syenyawa vexillifero haliciensis Andrea Herborth Nicolao Vaglyensky Iohanne Dzye-
doszyczky Georgio lyesnyowsky et alijs fide dignis In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt
subappensa.

U dołu na rzemykach pargaminowych wiszą dwie woskowe pieczęci z herbami Bałuczyńskich i Dawidowskich.

CCCXLVI

Alexander Król darowuje Sewerynowi Herbortowi, Kanonikowi kamienieckiemu i swemu sekretarzowi dworzyszcze we wsi Nahorcze, uwalniając je od wszelkich danin i nadając mu prawo ziemskie. W Krakowie 28go Stycznia 1504

~~+1504~~

In Nomine domini amen

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Principum munifica virtus quidquid pro suorum consolacione fidelium unquam concedit perpetuo duraturum, id literarum apicibus perhennium ad eternam rei geste memoriam communire consuevit. Proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujavie, Elbingensis Pomeranie, et Magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quia attendentes fidelia servicia Venerabilis Severini Herborth Canonici Camenecensis, Notarii nostri, fidelis, dilecti, que et olim Serenissimo Iohanni Alberto, germano et antecessori nostro et nobis in Curiis nostra et illius virtuose diligenter et fideliter perseverando exhibuit, volentes propterea ipsum consolatum efficere et ad futura negocia reddere promptiorem, sibi successoribusque suis legitimis certam nostram aream alias dworzysthko quam in presenciarum possidet Laboriosus Stephanus in villa Nahorcze in districtu Leopoliensi sittam, donandam duximus, damusque et donamus tenore presencium in perpetuam Decernentes per ipsum Severinum ipsiusque legitimos successores aream prefatam nostram cuiusque predictum et futuros incolas cum omnibus et singulis agris, cultis et incultis, pratis, campis, agriculturis, Rubetis, apibus, mellificiis constructis et construendis, et generaliter cum omnibus et singulis laboribus, vectigalibus alias powozy proventibusque censibus et quibusvis aliis utilitatibus ad ipsam aream ex antiquo spectantibus cum omni iure, dominio et proprietate, Ita late, longe et circumferencialiter, prout ad nos et nostros antecessores devoluta est, et per nos nostros=

+1504 jest przestępny, zatem Agnieszki jest die dominico a więc i oktawa w niedzielę (28)/ gdyby był nieprzestępnym to Agnieszki byłoby feria secunda a oktawa także.

que antecessores teneri consueverit, tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, alienandum et commutandum, donandum et in usus suos et successorum suorum, prout sibi suisque legitimis successoribus melius videbitur, convertendum. Quam quidem aream ab omnibus laboribus nostris, si que de ea ad predium seu castrum Leopoliense nobis ex antiquo deberentur, ac ab omnibus aliis laboribus, censibus et proventibus, quocunque nomine generali vel speciali nuncupatis, et quibuslibet aliis oneribus eximendum et liberandum duximus eximimusque et liberamus. Illamque aream de munere nostro Regio in ius terrestre transferendum et reponendum duximus, transferimusque et reponimus presentibus decernentes, quod in omni eventu ad iudicium terrestre pro eadem area cuiusdem- que negotiis, dubiis et actionibus recursus habeatur tenore presencium mediante perpetuo et in evum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria secunda in octava Epyfanie sancte Anno Domini Millesimo quingentesimo quarto Regni vero nostri Anno tercio. Relacio venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii

oryg.

i patrz oryg.

~~Pieczęć woskowa na sznurku jedwabnym z nici żółtych i czarnych, przedstawia tarczę w koronie o czterech polach z herbami polski i Litwy podwójnemi i we środku herb Austryi (sic) w około herb województw~~

Relacio venerabilis Joannis de Lasko Ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii.

— Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa l. 306. Na sznurkach jedwabnych koloru czarnego i żółtego (?) zawieszona większa pieczęć królewska, której połowa odpadła. Na odwrotnej stronie: Registrata

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonię
magnus Dux Lituanię Russię, Prussię, Maso
vię, Samogitię et dominus et hęres. Significa
mus tenore pręsentium quorum interest, uni
versis et singulis, ad quorum notitiam hę no
stre perveni~~un~~erint ~~litt~~ literę. Quod exhibitę
sunt coram nobis nomine Venerabilis Anto
nii Radylowski Premysliensis et Samborien
sis Wladicę literę in libro veteri thesauri
Ecclesię Samboriensis repertę, idiomate ac lite
ris Ruthenicis descriptę illustris olim du
cis Leonis filii Regis Danielis, tenoris in
frascripte, continentis in se donationem
certi prati. Supplicatumque nobis est, ut
illas auctoritate nostra Regia confirmare
dignaremur, quarum quidem tenor seu exem
plum de verbo ad verbum fideliter descrip
tum sic se habet. My kniaź Lew syn krolia
Daniela zmowiwszi się z Bojary naszemi
dawamy y przedalismy ziemię abo tąkę abo
sianożat w miedzach obloznich za Dnie
strem rzeką ku świętheniu Spassu ~~kus~~
koscziolu Monastera Abrahamowi Bisku
powi y Humieniowi naszemu Jefremienio
wi y przedalismi tho na wieki wieczne
swiętemu Spassu ziemię i tąkę leżącą
między szioty naszemi Torczinowicze a
Toranowicze. A ktoby przestąpil szlowa
nasze a chcziałby poruszyc je, sąd mamy
sniem przed Bogiem. Nos itaque Sigis
mundus Augustus Rex supplicationi pre
dictę annuentes literas jam insertas siqui
dem prędictus Venerabilis Antonius in
possessione prędicti prati hactenus perman

sit, in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus authoritate nostra Regia approbandas ratificandas et confirmandas duximus approbamusque, ratificamus et confirmamus per praesentes donationes eas omniaque in eis contenta robur debitae firmitatis obtinere debere harum, quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum Varsoviae feria quinta post festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Regni vero nri vigesimo septimo. Joannes Ocreski R. P. Canc. L. S. R. P. Relatio Magnifici Joannis de Ocresehino Regni Polon. Cancell. Cracoviensis generalis Sandorem. Oświęcim. Capitanei ac terrae Cracoviensis Succamerarii.

Z kopii wierzytelnej wystawionej przez Prowiatową Dyrekcję Skarbu w Samborze pod dniem 3 Lutego 1860

Sigismundus Augustus dei gratia rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae et dominus et haeres, Significamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia nonnulli ex Consiliariis nostris obtulerunt nobis nomine venerabilis Antonii Premysliensis et Samboriensis Wladicae litteras in pergameno characteribus ac lingua Ruthenicis descriptas Illustris olim Leonis unius ex Lithuania Ducibus, cum sigillo ejusdem appenso tenoris infrascripti. Supplicatumque Nobis est, ut illas authoritate nra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem ex lingua Ruthena in Polonicam legitima versio, quam in Cancellaria magni ducatus nostri Lithuaniae fieri mandavimus, de verbo ad verbum sequitur et est talis. Atho ja kniaze Liew syn Daniela króla Boza milościa gdiesmy Czerkiew dom Bozi dali murowacz przeobrazenia świethego Spassa w koszciele monastera miedzy rzekami Dniestrem i Dubnem dziśia y za przothow naszych, za oycza mego krola Daniela w thim klasztorze drzewiana Czerkiew byla. A my na łaskę Boza y na pamienecz przothkom naszim, obnowili na tho mieszczu murowana thedi k'robocziè thei czerkwi wzieliśmy pietnascie męzow we wsi Wolkowi ksiestwa naszego wielkiego Litewskiego do robothi czerkwy thei, zeby robili do koncza domu thego Bozego, thezesmy ich osadzili na brzegu Dniesthra, thedy przedajem ich i przypisujem wszysthkich thei Czerkwi swiętemu Spasu na wieki siny ich, i po nich będzących, aby byli posługi z nich czerkwi thakze święthei, i Biskupu naszemu oyczu Larwonu, i po nich będzących starszych

w them klasztorze, kogo po sobie osthawi Władikę Archimendrita albo Yhumena - swobodnich ich czynim we wszysthkim oth boiarz, synów i krzewnich nassych, w danicch i w posiereborzinach nassych i we wszysthkich podaczkach swiebodnich ich czynim. Jedno ko Cerkwi do monastyra robotha i posierzebczyzna s nich Bogomolczom nassym, którzy po nassym zywocie będą czerkiew Bozą wysławiacz, Pana Boga prosicz za przothki nasche i za nasse bojary, i wolno im w rzekach i w lessiech wierzch Dniestrem do lisiego brodu więssem Dubnie i w małem Dubnieczu do wierzcho wiez miecz i usirrać. A ktoby się wstąpił na moje słowo, sąd s niem przed Panem Bogiem i będzie kliethwa Boza na niem w dzisiejszy wiek i w będączi. Nathosmy ten lioth swoj dali i pieczęcz swą przywiesili. A pisano i dano we Lwowie w sobothę miesiącza Yenuaria dwanastego dnia liatha sześczthysiącznego ośmsethnego. A pisał Zacharia Wiktorz. Wyłożono jesth własthnie z Ruskiego na polskie przezemnie Jendrzeja w kanczeliarzyi wielkiego xięsthwa Litterskiego. — Nos itaq. Sigismundus Augustus Rex supplicatione praedictae annuentes litteras jam insertas ex Ruthena lingua in Polonicam fideliter versas in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus approbandas, ratificandas et confirmandas duximus approbamusque ratificamus et confirmamus per praesentes, decernentes eas omniaque in eis contenta robur debitę et perpetuę firmitatis obtinere debere. — Ita tamen si in usū et possessione illorum ipsi

venerabilis Antonius Władica hactenus permansit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Piotrcoviae in Conventu regni nostri generali feria quinta post ferias Penthecostes proxima. Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Regni vero nri anno vigesimo sexto. Joannes Ocieski R. P. Cancels & S. Relatio Magnifici Joannis de Ocieschino Regni Poloniae Cancellarii generalis Crac. Sandecens. Ostinens. Capit. Succ. Cracoviensis. -

Z kopii wierzytelnej wystawionej przez Ekspedyt Powiatowej Dyrekcji Skarbu w Samborze pod dniem 1 Lipca 1865

I.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae etc. dominus et heres. Significamus praesentibus literis nostris etc. Quod ad intercessionem serenissimae Dominae Isabellae Dei gratia Reginae Hungariae sororis nostrae charissimae pro famato Georgio Putteter consule Cracoviensi nobis factam, ipsi ac filio suo natu maiori Stanislao Putteter ex certa sententia gratiaque nostra Regia eas prerogativas dandas et concedendas duximus, damusque et concedimus. Harum serie literarum in primis domum eorum lapideam in civitate nostra Leopoliensi sitam a receptu omnium et singulorum hospitum cuiuscunque status et conditionis fuerint liberamus et eximimus ita quod nullos prorsus hospites in domum suam excipient neque ad excipiendum sive per officium capitaneale sive per magistratum civilem cogi poterint nisi ipsimet soli spontanea voluntate sua aliquem excipere voluerint id in arbitrio eorum relinquimus; excepto eo si nos ipsos Leopoli esse contigerit, tunc hac prerogativa a non excipiendis hospitibus sese tueri minime poterint. Deinde facimus potestatem eisdem Georgio Puttetero et Stanislao filio suo, quod iisdem libertatibus et immunitatibus quibus mercatores et negotiatores civitatis nostrae Leopoliensis utuntur et gaudent ipsi quoque uti et gaudere debent cum mercibusque et negotiationibus suis cuiuscunque generis et speciei fuerint nullis exceptis more aliorum mercatorum Leopoliensium non solum ad alia quecunque loca Regni et dominiorum nostrorum sed ad ipsam etiam civitatem Camenecensem tam in eundemque redeundo devendendoque libere commeare, proficisci, negotiareque; et insuper memoratos Georgium et Stanislaum Putteteri ab iurisdictione quavis civili consulari et scabinali civitatis Leopoliensis eximimus liberosque et exemptos facimus. Coram qua quidem iurisdictione ipsi Georgius et Stanislaus Putteterowie non tenebuntur parere neque respondere duntaxat coram tribunali nostro Regio exceptis pensionibus et oneribus. Atque nihilominus prestanda solvendaque more et consuetudine aliorum civium Leopoliensium /miejsce wydarte mogące objąć jedno słowo/ astrictique erunt. Quas omnes superius recensi /miejsce wydarte mogące objąć 1-2. słów/ ad utriusque eorum extrema vite tempora illis /miejsce wydarte mogące objąć 2. słowa/ volumus denuntiantes mandantesque Generoso Sigismundo Ligeza pocillatori Regni nostri, Leopoliensi etc. capitaneo ac famatis proconsuli et consulibus etc. civitatis nostrae Leopoliensis etc., ut commemoratos famatos Georgium et Stanislaum Putteteri in eisdem libertatibus etc. conservent etc. In quorum omnium fidem et testimonium etc. Datum Varsaviae feria secunda post festum sancti Martini proxima /16. Listopada/ Anno Domini 1556. Regni vero nostri Anno 27. Sigismundus Augustus Rex

m. p. (Castr. Leopol. T. 330. p. 40-41).

2). Casimirus Dei gratia Rex Polloniae nec non terrarum Cracoviae etc. dominus et heres. Significamus etc. Quoniam attentus virtutibus et meritis, serviciorumque constancie Nobilis Iwasko Lozinski Walachy servitoris nostri fidelis dilecti, quibus Magestati nostra multipliciter extat comendatus gratusque se reddidit et acceptum horumque intuitu de liberalitatis nostrae munificencia sibi aream alias dworzysczе in (miejsce wydarte większej objętości) terra et districtu Leopoliensi sitam quam una cum (miejsce wydarte większej objętości) a multis retroactis temporibus usque in (miejsce wydarte większej objętości) et possedit cum omnibus eiusque censibus etc. ad ipsam curiam alias dworzysczе etc. spectantibus nihil iuris, proprietatis etc. ipsa curia distincta existit situata etc. donacione perpetua et irrevocabili dedimus etc. donamus etc. graciose, perpetue et in evum presentis scripti patrocinio mediante per ipsum Iwasko et suos legittimos successores tenendum, habendum, utifruendum etc. damus praefato Iwasko et presentibus concedimus in et super piscina per ipsum in prefata villa et fluvio Lozina noviter deposita facta et instructa, molendinum aquaticum in quo omnes eiusdem ville cmetones et incolae frumenta omnis grani prohibito voluntateque sua molere possint et poterint faciendi, disponendi, edificandi, construendi et denuo erigendi plenam et omnimodam tenore presencium facultatem et potestatem. Racione cuius quidem donacionis nuncupatus Iwasko et successores sui legittimi ad custodiendum methas, granicies et confinia terrarum nostrarum Podoliae ab insultibus, incursibus (miejsce wydarte większej objętości) invasione Tartarorum sive quorumcunque aliorum (miejsce wydarte mogące objąć 1. słowo) nostrarum tociens quociens per nos aut capitaneum nostrum requisitus fuerit in limitibus duntaxat et granicie(miejsce wydarte mogące objąć jedną literę) terrarum in propriis equis et expensis transire et custodire tenebuntur et debebunt. Postquam autem nos et capitaneus noster ipsum Iwasko aut eius successores intra metas et limites terrarum nostrarum ad custodiam huiusmodi mittere contigerit, extunc ipsum pro huiusmodi via expensis nostris providere tenebimur et debemus. Tenebitur etiam praefatus Iwasko et sui legittimi successores debebunt nobiscum aut cum capitaneo nostro Leopoliensi in terra et districtu Leopoliensi ad investigandum et fugandum feras alias w obiazd transire ferasque ipsas investigare tenens quorum requisitus fuerit et sportanum perpetuis temporibus duraturum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum in Leopoli feria sexta infra

octavas Sacratissimae Paschae /8. Kwietnia/ Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono praesentibus etc. /świadkowie/ /Castr. Leopol. T. 338. p. 150 - 153/.

3). Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae etc. dominus et heres. Significamus etc. Quoniam attentis virtutibus et meritis, servi /miejsce wydarte większej objętości/ stantiam Nobilis Iwasko Lozinski Bala /miejsce wydarte większej objętości/ oris nostri fideles dilecti quibus mag/miejsce wydarte większej objętości/ multipliciter extant comendatus gra/miejsce wydarte większej objętości/ reddidit et acceptum horumque intuitu /miejsce wydarte większej objętości/ litas nostra magnificentia sibi curiam alias dwo= /rzysze/ in villa Lozina in terra et districtu Leopoliensi /miejsce wydarte mogące objąć 1½ słowa/ que una cum fratribus suis a multis retroactis /miejsce wydarte mogące objąć 1. słowo/ us usque in hac tenus tenuit et posedit cum /omnibus/ eiusdem censibus etc. Ad ipsam curiam alias Dworzisczе quolibet et ab antiquo spectantibus nihil iuris, proprietatis etc. eamque late, longe et circumferencialiter prout in suis metis, limitibus etc. ipsa curia distincta existit situata et locata ac limitata donatione perpetua et irrevocabili ~~[illegible]~~ dedimus etc. donamus etc. gratiose, perpetue et in evum presentis scripti patrocinio mediante per ipsum Iwasko et suos legittimos successores tenendum etc. damus praefato Iwasko, presentibus concedimus in et super piscina per ipsum in prefata villa et fluvio Lozina /dalsza narratio dosłownie taka sama jak w poprzednim dyplomie Castr. Leopol. T. 338. p. 150 - 153; miejsce wydarte mogące objąć 1. słowo brzmi hostium; b) miejsce wydarte mogące objąć jedną literę brzmi bis t.j. graniciebus; zamiast aut nos aut capitaneus noster = aut nos aut capitaneum nostrum, zamiast Iwasko aut ~~[illegible]~~ eius, = = Iwasko ~~[illegible]~~ aut ipsius, zamiast intra metas = extra metas/. Actum in Leopoli /Data jak wyżej T. 338. p. 150 - 153/ /Castr. Leopol. T. 339. str. 1836 - 1839/.

4). Universis et singulis etc. et presertim honoratis dominis Senioribus, Magistris artificii et contubernii aurificum prefectis etc. salutem et felicitatem plurimam. Nos Seniores, Magistri, et nomine totius contubernii aurifabrorum civitatis Cracoviensis Simon Zagrzebszki et Joannes Zaszanszki significamus et recognosci= mus per honestum Georgium Ostaphiciowicz artificium aurifabrile, apud famatum Martinum Zarszki, alias Moderatum civem Cracoviensem aurifabrum, confratrem nostrum debite per quatuor annos didicisse, et contubernio nostro ita ut fert artificii consvetudo in omnibus satisfecisse, ac se erga Magistrum suum caeterosque sui ordinis honeste et laudabiliter gessisse. Quem ob id dominationibus vestris commendandum duximus, et merito commendamus, et

rogamus, ut hunc eundem prenominatum Gregorium Ostaphieiowicz nostro hoc mediante eius virtutibus testimonio commendatum habeant, atque hic et ubique locorum si quod opus fuerit ad contubernium aurificum admittant permittendum evicissim dominationibus vestris in omni genere officii

semper quod studiosissime non extituros. In quorum etc. testimonium etc. subscribimus. Datum Cracovie VI. Januarii Anno Domini 1595. Simon Zagrzebski złotnik stary m. p. Jan Laszanski złotnik starszy m. p. /Castren. Leopol. T. 351. p. 177–178/.

5/. Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae etc. Significamus etc. Ita spectabilem et famatum Nicolaum Siedmiraczki civem Leopoliensem preclaris non modo a natura dotibus, sed etiam ab arte aurifabrili instructum esse, ut illi merito primas partes inter eiusdem artis homines hic in Regno nostro degentes tribuere possimus. Is enim tanta industria tantaque in arte (sua) perita excellit, ut gemmas, lapides, pretiosos aliaque clenodiorum genera non modo excellenter opus exornare auroque affabre circumducere optime novit et calleat. Verum in eius modi aestimandis veroque ac genuino precio taxandis miram inscripserat industriam. Cumque ita pro usu habere illiusque opera rebus nostris applicare volentes eundem in numero servitorum nostrorum recipiendum et adsciscendum esse duximus uti quidem recipimus et adsciscimus presentibus literis nostris, ita ut prefatus Nicolaus Siedmiraczky civis Leopoliensis protectione auctoritatis nostrae sese ubique tueatur nulli iurisdictioni tam castrensi quam civili preter nostram iurisdictionem Regiam subiaceat his denique omnibus libertatibus ac immunitatibus, quibus caeteri servitores nostri utuntur gaudeat et utifruatur. Quod omnibus et singulis quorum interest presertim vero magistratibus quibusvis in Regno nostro et Magno Ducatu Lithvaniae denunciantes, mandamus ut prefatum Nicolaum Siedmiracky pro vero et legitimo servitore nostro habeant etc. Datum Warschovie die XI mensis Novembris Anno Domini MDCXI regnorum nostrorum Poloniae XXIV. Sueciae vero Anno XVIII. Joannes Octavianus Wactarowic m. p. Sigismundus Rex m. p. /Castren. Leopol. T. 366. p. 38–39/.

Akta grodzkie i ziemskie t. X. str. 174. l. 2710.
Inducta Relationum Castr. Leopol. t. 356 p. 147–152:

Oblata privilegij Nobilitatis Szolcow a Sacra Caesarea Maiestate.

Veniens personaliter ad officium Actaque praesentia Castrensia Capitanealia Leopoliensia Nobilis Josephus Szolcz Wolfowicz Civis Leopoliensis obtulit et exhibuit officio praesenti litteras Pargamineas sibi et fratribus suis in litteris eisdem descriptis super Stemma ibidem expressum ac Nobilitatis Confirmationem servientes manibus proprijs Sacrae Caesareae Maiestatis scriptas Rudolphi Secundi Romanorum Imperatoris et Strenui Joannis Barwitij Notarij Subscriptas et Sigillo Maioris Cancellariae eiusdem Caesareae Maiestatis communitas petens easdem ~~Actis~~ Actis praesentibus ~~inscribi~~ ingrossari cuius petitioni uti iuxta officium praesens benigne annuendo litteras praefatas cum ea qua decet reverentia susceptas nulla in parte suspectas Actis praesentibus ingrossari mandavit. Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: Rudolphus Secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniae ~~(sic)~~ Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croaciae, Sclavoniae etc. Rex Archidux Austriae Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, etc. Marchio Moraviae etc. Dux Lucembergiae ac Superioris et Inferioris Sylesiae Witembergiae et (słowo nieczyt.) Princeps (słowo nieczyt.) Comes Haspurgi, Tyrolis, Ferraris, Kyburgi et Goritiae Landgravius Alsatiae Marchio Sacri Romani Imperij Burgoviae ac Superioris et Inferioris Lusatiae Dominus Marchiae Sclavoniae Portus Naonis et Salinarum Fidelibus nobis dilectis Joanni Melchiori et Josepho Scholtzis fratribus gratiam nostram Caesaream et

omne bonum Imperatoriae Sublimitati nostrae omnino convenire arbitramur ut eos qui nobis et Sacro Imperio Romano Inclitoque Dominio nostrae Austriae sincera fide atque observantia dediti et addicti sunt favore nostro benigne prosequamur debitisque ho[norum] praemiis quibus posteris etiam ad sectanda virtutis atque honestatis studia calcar addatur clementer augeamus. Edocti igitur fide dignorum testimonio vos praenominatos fratres Joannem Melchiorem et Josephum Scholtzios praeter eximiam vitae et morum honestatem quam sectemini singularem etiam erga nos et Sacrum Imperium Inclitamque nostram Austriae Domum observantiam prae Vobis [ferrae] ut non modo comprobandam sincerae fidei atque devotioni nullo unquam loco aut tempore defuturi videamini sed etiam relictos quondam Stanislai fratris Vestri filios Wolffgangum Walthasarum et Erasmum Scholtzios omnesque posteros vestros ad idem bene merendi studium excitaturi sitis. His equidem rationibus ducti praetermittere noluimus quin Caesaream benignitatem nostram insigni aliquo beneficentiae argumento cognitam et testatam relinqueremus. Motu itaque proprio ex certa nostra scientia animo bene deliberato ac de Caesareae potestatis nostrae plenitudine vos praedictos fratres Joannem Melchiorem et Josephum nec non Wolffgangum et Erasmum Scholtzios vestros ex fratre patrueles omnesque et singulos posteros et descendentes vestros legitimos utriusque sexus natos et perpetuis temporibus nascituros ad eum statum gradum et ordinem nostrorum et Sacri Romani Imperii Nobilium assumimus et aggregamus, vosque vigore praesentium

omnes iuxta qualitatem humanae conditionis
non solum vere et tanquam de nobili genere
domo et familia prognatos Nobiles verum etiam
cum in patria vestra permulti non vestrae qui
dem agnationis aut stemmatis sed eiusdem cogno
minis inveniantur ad differentiam Scholtsios
a Wolffowicz dicimus et nominamus atque ab uni-
versis et singulis dici nominari haberi et reputari vo
lumus praesentique edicto nostro Caesareo saerio
decernimus quod vos supradicti Scholtsij a Wolffo-
wicz cum universa prole et posteritate vestra legiti
ma utriusque sexus ubique locorum et terrarum
tam in Judicijs quam extra in rebus spiritualibus
et temporalibus Ecclesiasticis et prophanis quibuscun
que nec non in omnibus et singulis honoribus di-
gnitatibus officijs iuribus libertatibus insignibus pri-
vilegijs praeeminentijs gratijs beneficijs et indultis
uti frui potiri et gaudere possitis et valeatis quibus
caeteri nostri et Sacri Romani Imperij Veri Nobiles
utuntur fruuntur potiuntur et gaudent quomodoli-
bet consuetudine vel de Iure. Ut autem nostri hu-
ius beneficii perpetuum extet testimonium status-
que nobilitatis vestrae clarius splendescat idcirco
Vobis praedictis Scholtsijs a Wolffowicz liberisque hae-
redibus posteris et descendentibus legitimis mascu-
lis et foeminis natis internaque serie deinceps
nascituris antiqua armorum insignia non solum
confirmanda et approbanda sed benigne etiam
augenda et amplificanda duximus sicuti prae-
sentium vigore confirmamus approbamus auge-
mus et amplificamus ac quatenus opus est eo
quo sequitur modo denuo gestanda et deferenda
concedimus atque elargimur Scutum videlicet secun-

dum latitudinem in duas partes aequales divisum quarum inferior nigra superior rubra exis tat ambae vero partes in scuti medio annulum aureum constitutum habeant a quo [illegible] in dextrum tum in sinistrum latus glans querna viridi coloris ascendat in inferioris autem partis basim unica se duntaxat glans dimittat triangulum intra se constituens Scuto incumbat loco clausae qua hactenus usi estis galea aperta clathrata Tornearia vulgo dicta ab utroque latere phaleribus sive laciniis rubris atque nigris mixtim defluentibus ac corona regia superimposita exornata ex qua emineant duo cornua bubulina pro medietate quemadmodum ipsum scutum coloribus divisa orificijs suis invicem versa quae tres glandes unius rami inde recta excrescentis excipiant quemadmodum haec omnia in medio praesentis nostri diplomatis ob oculos posita et suis coloribus rectius elaborata conspiciuntur Volentes ac sacrio decernentes quod vos supradicti fratres Joannes Melchior et Josephus nec non Wolffgangus Waltasar et Erasmus Scholtzij a Wolffowitz patrueles vestri supradicti et nominati liberi haeredes posteri et descendentes vestri legitimo foedere coniugij orti ac infinitum orituri masculi et feminae huiusmodi armorum et nobilitatis Insignia eo quo in superioribus habentur modo perpetuis deinceps temporibus in omnibus et singulis actibus exercitijs et expeditionibus tam serio quam ioco in torneamentis hastiludijs seu hastatorum dimicationibus equestribus vel pedestribus in bellis duellis singularibus certaminibus et quibuscunque pugnis

eminus comminus in scutis bannerijs vexillis ten-
torijs cenotaphijs sepulcris parietibus annulis si-
gnatorijs fenestris lacunaribus tapetibus sitijs
sigillis aedificijs et supellectilibus tam in rebus spi-
rtitualibus quam temporalibus et mixtis in locis om-
nibus pro sei necessitate et voluntatis arbitrio a-
liorum Nobilium armigerorum more libere et abs-
que ullo impedimento habere gestare et deferre
ac ijsdem quocunque modo uti possitis et valea-
tis Aptique sitis et idonei ad ineundum aut reci-
piendum omnes praerogativas gratias libertates
exemptiones feuda jura vocationes a muneribus
et oneribus quibuscunque realibus et personalibus
sive mixtis ad utendum denique singulis privi-
legijs quibus caeteri a nobis et Sacro Romano
Imperio huius modi ornamentis insigniti et feudorum
capaces atque participes utuntur fruuntur po-
tiuntur et gaudent quomodolibet consuetudine
uel de Iure omni contradictione ac impedimentis
cessantibus Mandantes proinde universis et singulis
Ecclesiasticis et saecularibus Principibus Electoribus
Archiepiscopis Episcopis Ducibus Marchionibus Co-
mitibus Baronibus Militibus Nobilibus Clientibus Ca-
pitaneis Vicedominis Aduocatis Praefectis Procu-
ratoribus Officialibus Quaestoribus Censum Magi-
stris Iudicibus Consulibus Regum Heroaldis et Ca-
duceatoribus ac denique omnibus nostris et Sacri Ro-
mani Imperij subditis et fidelibus dilectis cuius-
cunque status gradus ordinis conditionis et digni-
tatis extiterint ut vos saepenominatos fratres Io-
annem Melchiorem et Iosephum nec non Wolff
gangum Walthasarum et Erasmum Schollsios

a Wolffowicz liberosque posteros haeredes et descendentes vestros legitimo thoro ortos ac infinitum orituros omnibus et singulis Privilegijs gratijs libertatibus concessionibus et Iuribus praesenti nostro diplomate clementer concessis eo quo in superioribus habetur modo pacifice quiete et sine omni prorsus impedimento uti frui potiri et gaudere sinant atque id ipsum ab alijs fieri curent Si quis autem praesens edictum nostrum ausu aliquo temerario transgredi et violare conatus fuerit is praeter gravissimam nostram et Sacri Imperij indignationem Quinquaginta Marcarum auri puri ultam fisco seu aerario nostro Imperiali et parti laesae ex aequo omni spe veniae sublata solvendum se noverit ipso facto incursurum Harum testimonio litterarum manu propria subscriptarum, et Caesarei Sigilli nostri appensione munitarum Datum in arce nostra Regia Pragae die decima quarta mensis Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo quinto Regnorum nostrorum Romani Vigessimo Hungarici Vigessimo quarto et Bohemici Vigesimo primo Rudolphus m. p. Jo: W. Breymond Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium Jo. Barvitius m. p.

-an.
n
l.
-
no.
-
e
an-
nt
n
e-
ea.
tro
-
o-
nu
i
o-
sis
ú-
n
ar-
f.
e

Datum in Curia Regia Varsaviensi feria ter-
tia in Crastino festi omnium Sanctorum An-
no Domini Millesimo Sexcentesimo Octogesimo
Secundo.

Ad. Officium et Acta praesentia castrensia Capitan.
Varsavien. personaliter veniens Magnus Gregor-
z Skoniczyn Gorlinski Thesaurarius Curiae
Regni Poloniae Advocatus etc. Capitaneus
et Generosus Andreas Rey de Naglowice Cu-
bicularius familiaris Regiae Maiestatis eius-
idem offerens porrexit [illegible] [illegible]
ter Religionis Graecae manu [illegible] [illegible]
[illegible] Principis Poloniae et Regis [illegible]
subscripta, et Sigillo communita, ad ingros-
sum in Acta praesentia castrensia Capitan.
Varsaviensia [illegible] de [illegible] [illegible].
[illegible] [illegible] [illegible] w Cerkwiach
y JKMci [illegible] Narodu Ruskiego
w Religiey Greckiey będących, przez
Miłościwego Króla JeMci Jana Trzecie-
go Wielkiego Pierwszego ad effectuatio-
nem niniejszey Rezolucyey, przy Depu-
tatach [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Nayprzod [illegible] [illegible]. Nabożeń-
stwa, y Sakramentow od Administratiey,
Cerkwi y poprawowania y nowych na [illegible]
[illegible] [illegible] JKMci [illegible] [illegible]
nie y [illegible], ludzi [illegible] Szpitalow [illegible]
[illegible] Szkół Typographiey [illegible] do [illegible]
dow Ruskich przyiętych w Uniey [illegible]
[illegible] we wszystkich Miastach y Miastecz-
kach [illegible] Rezolucyey. [illegible] [illegible]
[illegible] wszystkie in genere którekolwiek się
dotąd w Ruskim, takie y te które pra-
wiek [illegible] będą instituowane z swo-
mi Cerkwiami maią, być przy nich in pa-
cifica possessione et libero exercitio. Metropo-
lit Ruski w Uniey będący ma mieć [illegible]
[illegible] [illegible] nad wszystkiemi [illegible]
w Uniey będącemi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Metropolity [illegible] przy [illegible]

czym Xdzu Metropolicie maią zostawać z Monasterem Wydubickim, a post decessum iego te dobra, które w Województwie Kiiowskim, do świętey ~~Sophiey~~ Zophiey należące, maią się do teyże Cerkwie świętey Zophiey wrócić albo in correspondentia od Króla JE^o Mći y Rzeczypitey nadane będą, która to Cerkiew świętey Zophiey Kiiowska z Poddanemi na Placach tudzież w koło niey będącemi przy Nieunitach ma zostawać y przy Metropolicie Sacrę od Patryarchy Konstantinopolskiego maiącym który zawsze z pośrzodku Szlachty Narodu Ruskiego według dawnych praw y zwyczaiów od Duchownych y obywatelów Koronnych y W^o X^a Litewskiego teyże Religiey Greckiey nie w Uniey będących ma być obierany, y od Króla JE^o Mći uprzywileiowany. Co się y o Lwowskim Łuckim Przemyskim Mścisławskim Władykach, y Pieczarskim także Unimoskim Archimandrytach ma rozumieć. Władyctwo Przemyskie iako y Lwowskie przy Nieunitach ma zostawać zawsze ze wszystkiemi dobrami y przynależnościami z dawna należącemi. Dożywocie iednak teraźnieyszego Xiędza Krupeckiego albo póko (sic) na insse nie postąpi ma w cale zostawać y obywatele tameczni obrać sobie maią Władykę Nieunita, któremu od Króla JE^o Mći przyysztego da Pan Bóg na Seymie Coronationis Przywiley będzie dany y zupełną Jurisdictią mieć będzie nad wszystkiemi w Nieuniey będącemi, a na residentią Monaster s. Spasa, świętego Onophryia, y nazwany Smolnica maią mu być ex nunc dane, a dotąd póko teraźnieyszy Xiądz Krupecki in possone tego Władyctwa zostawać będzie na każdy Rok po Dwa Tysiące złotych temu Władyce przyyszły da Bóg Król JE^o Mć y Rzeczpospolita ma naznaczyć. Post cessum zaś albo decessum Xdza Krupeckiego pomieniony

Nieumit Władyka z Kapitułą owę may
wolen będzie obiąć Władyctwo, y wszytkie
dobra Władyctwa tego bez wszelakiey prze-
szkody

